



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

8. Aegroto Petro Canisio aduolat auicula in cibum futura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

VI non fiat dulce pati, pro eo, qui ut pati posset, homo factus est? Qui autem vicissim pro eo pati optant, pati gaudent, & spe coniuncta amaritudinem laboris. Immo & Deus illis laborem condit, compensatque, quod tolerant, æternæ voluptatis cogitatione.

V I.  
Cæsarius.  
§. c. 94.

Psal. 67. 11.

Recito in hanc rem eiusdem authoris historiam. Ordinis sui coetum, ait, fuisse Virginum Deo sacrarum. In eo, quæ penitentia curabat, promi condiloco, oua frixa, toto conventu diuiserat. Dum negotiosa est, dum satagit rerum, vnam obliuione præteriuit. Quid illa famelica? num impatiens facta, num ex odio se negligi suspicata est? num cellam execrationibus, sorores reliquias Diris impleuit, aut querelis? Nequaquam. Sed negligentia alterius, in suum meritum, vsa; sibimet, quod neglecta esset, gratulata est, Deoque, quasi, ob beneficium, gratias retulit. Adhuc illico præmium virtutis. Nam summus ille paterfamilias, tantus eius faucesque dulcedine compleuit, ut nunquam aliquid suauius, in omni vita sua, se meminerit, gustauisse. Neque corpori duntaxat ea data est dulcedo, sed menti insuper delicia fœse tam infuderunt copiosæ, ut diceret, se omnibus eiusmodi esculentis, usque ad extremum obitus sui diem, carere velle, dummodo adhuc semel, gaudium animi simile licet persentiscere. O quam verè dixit ille: *Parasti, in dulcedine tua, pauperi Deus!* Qui enim nouit & sustinere & abstinere, qui gaudere paupertate, qui inopiam delectari, ei Deus & cocus est, & medicus, & opsonator. Adeò homines paupertate vti ad meritum, vel abuti ad impatientiam possunt; &, sicut, ex eadem arundine, vel fistula fieri potest, vel sagitta; ut aut canat, aut laetat; ita ex eadem rerum inopia delectari potest quispiam, vel cruciari.

VII.

Duo hic commemorabo, vnum est de simplici, sed pio agricola. Vdalrico nomen est, & eius memoria habetur sancta, in facello, non procul Abusiaco, intra montium primas fauces sito; ibi, ubi Iulij Cæsaris immensus, de rupe, trans Lycum, saltus monstratur. Egrotabat is agricola, media hyeme, cum omnia niuibus cooperta horrent. Incessit cum alieni temporis cupido, nempe fraga comedendi. Et illico fraga de niuium candore rubentia repertasunt. Facit nimurum Deus voluntatem timentium se; & omnia seruiunt illi, qui seruit Deo.

VIII.

Alterum de nostro Petro Caniso, in eius vita refertur. Accidit id ei senio morboque graui, & penè morti vicino. Nam

cum

*Cap. XIX. Quas dulcedines suis Deus preparet?* . 379.

cum stomachus iam auersionibus laboraret, sepius a ministro cubiculi fatigatus, ut significaret, quo cibi desiderio teneretur, a cubicula tandem nominauit. Prodigit in forum Oeconomus, nullaque reperta, tristis dominum redit, cum ecce ad vesperam, aperta fenestra cubiculi, aucto quasi diuinus immissa se nullo negotio capiendam, tantum non ultra offert, & vt Poëta canit:

*Illa quater per inane cubicula vagata,  
Ambigit humanis cena futura manus.*

Math. Rader. lib. 3. de vita Petri. Canisij c. 3.

Jacob. Biderm. lib. 1. Epigr. 119.

Quia in cena apposita, & parua & unica contentus, nihil præterea gustauit, ille tamen laute se opiparèt, eo vespere epulatum affirmabat. Sie Deus delicias facit seruis suis. Quin & cubicula, vt Poëta de eadem scribit:

*Nusquam alibi Nidum maluit esse sibi.  
Nec potuit tumulo nobiliore frui.*

Certè, si mentem haberent atque intelligentia prædictæ essent, & aues, & omnes creaturæ in escam homini datae, malleant utique bonis in cibum cedere, quam sepeliri in impijs. Sic enim ad Dei gloriam magis seruirent, & quod ipsæ in se non sunt destinatae, in Sanctis tamen, Sanctorumque corporibus, per nutrimentum additæ, ad coelum venirent; quod utique præoptarent, quam cum adipatis damnatorum ventribus, æternum ignominiosissimè & miserrimè cremari; sit enim ciborum materia, materia dannorum.

Ob hec talia diuinis obsequijs addicti identidem exclamat: *Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti inter mentibus te? Est enim & magna dulcedo, cum in Mundo vix stilla sit dulcedinis, adeoque parua. Est multitudo dulcedinis & yacetas; nam & anima eam sentit, & corpus, & omnes sensus corporis: cum Mundus, quando corpus delectat, animum stimulet & cruciet. Est dulcedo aurium, vt apud S. Franciscum; est dulcedo in gusto Eucharistiae, in ovis, & fragis, in aubibus, in pane, diuino sanguine tincto. Magna ergo multitudo dulcedinis diuinæ; parua & rara dulcedinis mundanæ, vel potius nulla; siquidem, quam parit, extinguit eodem instrumento. Sicut qui eodem oris flatu ignem excitat, & necat. Nam dum vino delectat, vino eodem cruciat,*

IX.

*Psal. 30. 20.*

Z 2

cruciat,